

Ruffo denique *tubus* est, quod arterialem contineat sanguinem, qui hac transversim fluitat, ceu vinum avenacei siphonis tractu educitur.

Etymologiam non nemo deducit ab Aorta cum Philofopho l. 3. d. hist. an; quòd pars ejus nervosa à morte demùm facilius adpareat! aliis *ἀπὸ τοῦ ἀεργῶδες*, quod elevare est & attollere, cum dilatando non parum adsurgat, derivantibus.

QVINQUE verò in nobis membra, ut & numerum expediamus, hoc nomine vñeunt, puta:

- Arteria umbilicalis,
- Vena arteriosa,
- Arteria venosa,
- Aorta,
- Trachea.

PRIMA sanè duplex, à situ suo dicta quæ circa umbilicum est, & medio ad eò abdomine, vitæ ex matre in embryum est deportatrix.

ALTERA tam ab usu quàm compositione appellata, sanguinis in pulmones è dextro cordis thalamo delatrix est, pro illorum nutritu: vel in sinistrum etiam cordis ventriculum, de opinione nonnullorum vectrix. Compositione verò sua id nominis meruit, quòd venæ crassitiem ad eò adsequatur, ut eam vel septies excedat. Imò talem sortita est substantiã, ut ante partitundinem embryus foetus ejus ope pulset locò cordis, tum ejus exfortis.

TERTIA & ipsa tam substantiæ quàm usus

II.  
Etymon,

III.  
Numerus.